

A & in profundum fertur. Rugini horrendam, spiracula duo habent in summa fronte, patentia ad cubiti proceritatem, hac tecta sunt folliculo, respirantes eflant undas in modum dentis nimbis. Spina dorsi reperitur continens amplexu ulnas tres, internodia singula unam, longè minus cubitis 12. Zieglerus in Scandia.

A Serpentinus. Vide Tit. Serpentes ubi.

SALUBRITAS. LOCA SALUBRIA.

Minerva in urbe Athenarum ædificanda loci salubritatem, acrisque subtilitatem, fœtura ingeniorum accommodatissimam, secuta est. A Platone in Timæo, atque in Menexeno traditur, Atticam esse ingeniorum fertilitati præcipuè accommodatam. Panætius ejus rationem in aeris rejecti temperaturam. Longinus ex loci qualitate putat venire, permixta

B ex multis, atque occultis. Origenes, qui Timæum est interpretatus, celestibus adscribit aspectibus atque influxibus, quoniam octavo de Reip. Plato scribat, celestes quosdam circulus esse causas fertilitatis, ac sterilitatis, tum corporum, tum animorum. Proculus verò ac Porphyrius, animam mundi putant alibi alias vires imprimere, ac peculiariter quædam velut hospita parare, tum Deos varios ea illustrare loca. Cal. lib. 10. cap. 20. A. L.

Locris & Crotona pestilentiam nunquam fuisse, nec ullo terremotu laborarum, annotatum est. Plin. 2. c. 96. Strabo l. Geographia 6. tradit, proverbia. Κρότωνος & Κροτωνος, hinc ortum, quod Crononiarum locus longè saluberrimus olim fuerit iudicatus, vel hoc argumento, quod brevi temporis spatio quam plurimos produxerit, tum athletas, tum philosophos; hoc est, corporibus periret atque animo præstantes viros, inter athletas præcipuum Milonem, inter philosophos Pythagoram. Idem eod. lib. tradit, Miscellam & Arculam pariter Delphos adisse, ut de urbe condenda consulerent oraculum, & alterutrum pollicentem Deo, Architam opes delegisse, Miscellam loci salubritatem; illam itaque Syracusas condidisse, hunc Crotonem. Quarum urbium altera cessit in proverbium opulentia, altera salubritatis. Erasim. in Chili.

C Tempus locus in cacumine Tolim montis, ubi vulgò et annis vivunt. Plin. lib. 7. cap. 48.

Afri ob aeris temperiem maximè salubri sunt corpore. Vide Tit. Studium conservanda sanitatis.

Salubritas cæli per omnem Hispaniam æqualis est, nullaque paludum gravi acris nebula inficitur, ut plures orbis regiones. Tanta denique (ut Straboni placuit) in terra aeris puritas est, ut in ea provincia non facile noxiam animal reperitur. Temperies item ejus tam à preles seculis est laudata, ut quidam Elysiacos campos non procul ab ea poluerint. Ibi enim mites Zephyri flant, ibi vita ducitur facillima; nam ad eam maris aura accedunt undique, affluuntque ventorum flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, optata omnibus sanitas conciliatur. Roder. Sancius lib. 1. hist. Hisp. cap. 1.

Venetis ea pars urbis, quæ ad D. Nicolai phanum est, pestilentia minus obnoxia est, & magis longævus homines producit. Egnat. lib. 8. Exempla. 4.

Orcades insula ultra Scotiam insulanos statura proceros, & sano semper corpore pariter, ac mente degentes, valdeque longævus producit, estis plicibus ut plurimum videntur, terra continuò propemodum frigore obdita. Polyd. lib. 1. & H. Boeth. in Scotia.

D Sectia olim, & pestilentia, & ab omni penè febrium acuturam genere libera fuit. Posteaquam verò omnia partum parsi-monia, in omnem ingluviem sunt dilapsi, sese cunctorum morborum injuriæ obnoxios fecerunt. H. Boeth. lib. 9.

Moscovia cœlum adeò salubre est, ut ibi ultra Tanais fontes, præsertim Septentrionem, ac etiam Orientem magna ex parte veris, nulla pestis unquam sævierit; habent tamen intestinorum, & capitis omniumque membrorum morbum quandam, pesti haud dissimilem, quem nos febriem calidam, five acutam appellamus. Eorum verò idiomate hic morbus Ognyo-ouva, quasi ignis, dicitur, quòd homines velut ignis calcet. Guagn. in descript. Moscovie.

INSALUBRIA.

Est apud Phrygiæ Jerapolin terræ hiatus, ex quo sese promens spiritus lethalis, quicquid accesserit propius, perneat confestim, spadombus modò exceptis; cujus ratio aut difficilis est, aut supra hominis captum. Cal. lib. 13. c. 29. A. L.

Hippo Reginus, de locis, quæ res incidentes perdunt, sic scribit Olymp. 36. in Sicilia apud Paecios locum exædificatum fuisse, in quem si quis ingressus se reclinasset, mortuus fuerit; sin obambulasset, nihil mali passus. Traditur etiam, quòd apud Leucen insulam nulla volucris super volare possit aram Achillis. Multis locis videtur voraginum, seu quæ Charonia vocentur, esse genus, ut fossa quæ Cimbrica vocatur in Phrygia; Eudoxo teste, & fossa in Laimo. Antigonus in Mirandis narr.

Sorachi oppido Italiae vicinus tractus spiritum volucris lethalem emittit. In Sinuesano agro, & Puteolano spiracula sunt mortiferum spiritum exhalantia etiam homini, quæ alit ad Charoneas scrobes vocant. Item in Hirpinis Aniancti ad Melphitum locus est, quem qui intravere, moriuntur. Simili modo Jerapoli in Asia, Mattis tantum magnæ sacerdoti innoxius. Plin. lib. 2. cap. 93.

In Sardinia insula turbidos, & omnino pestilens est aer. In causa est concretus ibi sal, ac prægravis, & violenter incum-bens Austro. Obstant præterea præalti montes, quominus à Septentrionibus flantes venti, cæli & terræ vaporem æstate anni tempestivo frigore leniant. Exsistunt tamen alii Cordicam insulam, quæ à Sardinia non amplius quam decem stadia tum mari dividitur, excelsis fe undi que montibus attolentem, Favonio & Aquiloni obediendi, quò minus eorum in Sardiniam status pervadant. Serpentes certè neque hominum generi infensi, neque veneni expertes, aut lupi usquam in ea insula gignuntur. Pausan. in Phocicis.

CLEARCHUS Heraclienfium in Ponto tyrannus, ut cives suos blanda ratione è medio tolleret, sub Canalicum eduxit exercitum, ubi Astacum oppugnaturus. Et cives quidem in planitie paludosa castrametari jussit, ipse quasi summam oppugnationis molestiam toleraturus; cum mercenariis ex-celsa loca, & umbrosa, aquis affluentia, cepit, & in his castrametatus. Et eò usque oppugnationem extendit, donec suos cives perdidisset, quia æstivo tempore palustris morbofa fuit. Postquam autem omnes perierint, tunc cum mercenariis etiam movit, pestique causam civium interitus assignavit. Polyen. lib. 2. & Sab. 1. 8. Enn. 4.

Academia locus insalubris à Platone ad coetendam libidinem frequentatus. Vide Tit. Medicamentis libidinem domare. Cum quidam ex medicis Platoni consilium daret, ut relicta Academia, loco pestilentissimo, in Lycæum scholam transferret; nequaquam obtemperavit, dicens se producendam vitæ causam ne in Atho quidem summitatem transmigrare velle. A. L. lib. 9. de Var. hist.

STRATONICUS musicus Seriphi agens, hospitem suum percontatus est: Ob quam causam illic homines jubentur vertere solum? Quum ille respondisset, flagitiosos apud Seriphios exilio multari: Quin tu quoque, inquit, aliquid flagitii committas, ut ex his locorum angustis emigras? Notans regionem esse incommodatam, & oppidum frigidum. Erasim. 6. Apoph. Idem cum in Mylasam peragrasset, multaque templa & paucos homines reperisset, in medio foro consistens, inquit, Audite templa. Athen. lib. 8. cap. 7.

Pella civitas lienolosos multo facit. Hinc Stratonici jocus apud Athen. lib. 8. c. 7.

Caunum Lyciæ urbem, cum regio valde felix sit, omnes conficiuntur, & æstate, & autumnò gravem esse, propter ætus ac pomorum copiam. Itaque Stratonicus citharædus videns Caunios colore admodum viridi, dixit, hoc illud esse quod Poeta inquit. Iliad. 9.

Oin τῶν γίνωντων ἄνδρ, τοῦδε τὸ ἀδύτων.

Tale quidem genus est hominum, quale est soliorum. H

Cum verò illum inculerent, quòd urbem ut morbidam carperet: Ergo (inquit) eam morbidam dicere ausim, ubi mortui ambulant? Strabo lib. 14.

Sergianum, Hetrurici oppidum, crevit ex ipsis Lunæ antiquæ urbis ruinis, quum incolæ pestilentia ejus litoris aura, quæ maximè ad Macræ ostium vergit, vehementer offensa, ædificia in editiorem locum subduxissent. Jovius l. 1. Histor.

FELICITAS. HUC LOCA FELICIA.

Consule Locum Felicitatis.

INFELICIA. RATIONE HABITA

Ortus.

Vide Tit. Patria obscura.

Mortis.

A Locus, ubi cædes Cæsaris dictatoris est parata, in quo coactus fuit senatus, ubi statua erat Pompeii locata, & dedicatus à Pompejo inter ornamenta, quæ theatro prætexuerat, satis ostendit, numquam iniquum auctoris, & trahens illuc, negotium factum illud fuisse. Quin etiam C. Cassius fertur, quamvis ab Epieuri doctrina non abhorretet, eam statuum ante aggressivum respiciens, tacitus Pompejum invocasse. A percussoribus impellus ad basim statuae, eam largo cruore respersit. Plur. in Casare.

Hofilis irruptionis.

EPIMENIDES Cretensis Athenas explandæ pestilentia causa veniens, ubi ignotis diis aras crexit, Munychia situm aspiciens, vaticinatus est, locum illum gravissimum calamitatum aliquid quando occasionem fore, quas vi præsentis viderent, vel futurus crederent, suis ipsi dentibus eum demolituri potius quam manitari essent Athenienfes. Plur. in Solone.

CHITON Lacedæmonius Cytheram insulam Laconia adja-centem, mari submergeri, quam extantem, Spartanis condu-cibiliorum fore asseruit. Eam certè h. Xerxes, ex Demarati Spartanis consilio, classe occupavit, & Lacones domestico bello ab auxilio reliquis Græcis ferendo distulisset, facile Gradicum subigere potuisset. Herod.

Cum Cantuariensis Pontifex D. Thomas sede patriæque exactus, eum in portum locumque nondum opere manitum transmississet, quem postea Calium vocatum Philippus Comes Bononiensis, D. Ludovici regis Francorum patruus, munivit, murisque cinxit: divinitus cecinit, illam futuram arcem arro-cissimam à sanctis in aliquot ætates belli inter Gallos & Anglos. Amiluis lib. 7.

SITUS. CLIMATIS.

DIAGENES quodam exprobrante, Te Sinopenfes Ponto exulem esse jussit: At ego, inquit, illos hac damno pena, ut in Ponto Euxinque extremis finibus inclusi perpetuò maneat. Diogenes mutat patriam, sed melius: cum potius exulare videretur, qui infelici Regioni erant adscripti. Laertius lib. 6. Brason. lib. 2. cap. 29.

C LOCORUM MAGNIFICENTIA.

Loca magnifica ut sunt respectu efficientis, sub Magnificencia loco comprehendimus: ut verò sunt, atque locant, huc pertinet.

De septem orbis Miraculis, inquit Calius lib. 23. c. 6. A. L. Inter septem orbis miracula connumerantur, Dianæ in primis Ephesæ templum: inde Mausoleum, hoc est, Mausoli sepulchrum: Colossus solis apud Rhodios: Jovis Olympici simulacrum, quod Phidias fecit ex ebore: muri Babylonis, quos excitavit regina Semiramis: Pyramides in Ægypto: Obeliscus Semiramidis Babylone c. pedum longitudine, latitudine verò xxiv. Et veteribus tamen non omnes eadem sensere: nam ex his, quæ recentissimus, aliquo ex puncto, sunt qui Cyri regis archivum substituant, quod arte prodiga Memnon sic confabricatus illigatis auro lapidibus, sicuti Callistodorus scribit. Inveni qui urbis Romæ Capitolium hisce inserebant miraculis, cujus excellentiam mirè edidit Ammianus Marcellinus, ubi ait: Serapeum Alexandriæ atritis & columinis amplissimis, ac spirantibus signorum figmentis, & reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post Capitolium, quo fe Roma in æternum atollit, nihil orbis terrarum cernat ambitosius. Erat tamen in urbe vetus Capitolium & novum: & hoc quidem regione sexta, octava illud. In Capitolio præterea deorum omnium simulacra celebrabantur. Sed & pensiles Babylonis hortos in hanc censuram perique admittunt.

Labyrinthi fuerunt quatuor, Ægyptius in Heracleopolite urbe, prope itagnum Mætin, non procul ab urbe Crocodilorum, ut auctor est Herodotus, qui se eum vidisse testatur: nec mirum, adnuc ætate Diodori Siculi, Plinii quoque, extabat: describitur ab ipsis, & Strabone, ac Mela. Herodorus majorem ait esse famæ & Græcorum narrationibus. Plammetici opus fuisse Mela scribit. Plinius varias sententias adducit. Nam alii putarunt esse Pettefici, alii Thiohis, & esse qui regiam fuisse Mortherudis narrent, ut Demoteles: Lycias sepulchrum Mætidis: plures Soli factum id extructum, quòd maximè creditur. Ad exemplar hujus Dædalus in Ægypto educatus Cretensem fecit, Diod. & Plinio auctoribus, sed centesimam tantum Ægyptii partem imitatus; & tamen hunc ambagiosissimum fuisse,

Plinius quoque docet, ut descriptionem ejus præteream, apud E Ovidium 8. Metam. Sed Philocorus apud Plur. labyrinthum Cretæ tantum putat fuisse carcerem, ex quo effugere non possent, qui asservarentur; cujus sententia videret esse Palæstratus. Tertius fuit Lemnius, opus Zmili & Rholi & Theodori architectorum. Plinius extare ejus vestigia dicit, cum Cretensis & Italici nulla extent. Italicus porro fuit quatuor sub urbe Clusio, quem admodum M. Varro dicit, Porfene regis Ethralici monumentum. L. Vives l. 8. de Civ. Dei, cap. 13.

Labyrinthus, qui nunc in Creta conspicitur, non is est, cujus Veteres meminerunt. Nam qui nunc ostenditur, ad radices montis Ida, vulgò Psiloroti nuncupati, situs est, qui nihil aliud, quam Latomia fuit. Omnes tamen Cretæ incolæ eam adulerino Labyrinthi nomine demonstrari norunt. Latomia fuit solidi admodum & elegantis faxi, è qua lapides diversis locis exempti sunt, cum Gortinæ & Gnoi urbium ædificia extruerentur, quæ olim primariæ totius insule urbes fuerunt, ut ex earum rudibus apparet. Verum quidem est, multos inesse mæandros, nunc hac, nunc illac, modò ad dextram, modò ad sinistram sese contorquentes, quales in arte elaborato Labyrintho esse possent: at istud dantaxat provenit è locorum, unde lapides exempti sunt, cavis: quod probari potest è vestigiis & orbitis rotarum, atque è lapillis hinc inde mæro inclusis ad viæ latera. Cortinæ rudera admodum sunt magna: at nunc adhuc conspiciuntur pauca quædam columnæ rectæ, solo infixæ, & exiguis quidam pagus, vulgò Metaria dictus. Murorum lapides, quoniam elegantes & quadrati erant, omnes ex jam dicta latomia olim exciti, avechi fuerunt, idque quædam antiquitate non procul inde abest. Petrus Bellonius lib. observat. c. 6. Vide Labyrinthus.

Sedes conditor civitatis Taugis, quam mutis aneis cinxit, domibus tecta addidit aurea & argentea, in quorum firmitudinem maxima à totius orbis civitatibus tributa exegit. In mentem enim venisse dicunt, ut urbem extrueret, quæ pulchritudine cum Paradiso terrestri ceteraret. Totius mundi fe imperatorem nominavit. H. Henr. in Geneal.

Abd Henon, vel Henaa, rex Fessæ, ex marinis V. Collegium in urbe Fessa condidit amplissimum & admirandum, quò ab-soluto, cum sumpus in id collatos scire vellet, perlegissetque unam atque alteram libelli paginam, & invenisset 40000. aureorum, disceptas rationes in flavium abiecit, & hoc dictum cujusdam Arabis addidit: Quicquid charum, quamvis carum, si pulchrum, carum non est: neque nimium conspuitur dicendum, quòd animo arideret. Fuit tamen Regi quibusdam à Theauris, qui sumpus accuratè notaverat, ac habitis rationibus invenit 480000. aureos in ædificatione & ornatu ejus consumptos esse, Castrorum Garis occupavit. H. Henr. in Geneal.

Loquutio. Loqui.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Loquutio, sive Loquela, est ipse actus loquendi, namque nonnunquam pro ipso sermone, quem loquimur, usurpatur. Loqui autem est non solum quoniam sonum ore elicere, sed verba articulata depromere, quibus mentis conceptum exprimitur. Undè qui concipere aut intelligere nequeant, etiam loqui propriè non dicuntur. Est autem loquutio actio vitalis, quæ ab anima ad instar aliarum elicitur, & ad eam certam organa & dispositio requiritur in loquente, quæ scilicet aer colligitur ad formationem non vocis, quaque fiat debita repercutio & collisio aeris ad palatum, & collisio aeris ad palatum, & collisio talis vel talis vocis. Quæ de re videatur ea, quæ dicta sunt in loco de voce. Græci loqui essentur per verbum λαλέω, unde λαλῶ qui loqui nescit. Item φησίν qui loqui non possunt, & ἄφωνοι voce carens, mutus. Loqui igitur propriè est viventium & ratione præditorum, ac organa ad id disposita habentium. Quamvis impropriè & per analogiam quandam etiam Spiritibus, Brutis, & aliis accomodetur. Undè Testatus distinguit tres loquentium gradus, q. 114. in cap. 8. Martii. Unus est eorum, qui nec loqui propriè possunt, nec organa ad id habent. Alter est, qui loqui quidem non possunt, etiam si quædam organa habeant; carent enim vi & dispositione interna, qua aer ad vocis formationem colligatur, prout supra insinuavimus. Tertius qui loqui possunt, & loquutionis organa habent. Primus competit Deo & Angelis, 2. Brutis, 3. hominibus.

DE DEI ET ANGELORUM

LOCUTIONE.

Ut puta,

Quibus modis fiat, & facta sit aliquando?

Consule Locum de Voce, ubi de his ex professo tractatur.

QUO IDIOMATE LOCUTI?

Omnino asserendum existimo, Deum qui hominibus aliquando voce externa dignatus est loqui, ea lingua, sive idiomate locutum fuisse, quæ propria esset illorum, quibuscum loquebatur, idque pro varietate locorum & temporum. Quamvis verisimile videatur, in antiqua lege usum fuisse lingua Hebraicam, ut quæ tunc solum in usu foret in populo Dei. Dubitant nonnulli, an Job & amici eius peritiam etiam illius habuerint: & affirmativam partem tenent Hieron. & Rabbi Salomon, ex eo quod Job fecerit ex posteris Nachor, qui avus fuit Abraham, Unde & à Philone dicitur gener Jacob ex Dina uxore.

QUO FINE.

Quamvis plures Deo sint modi, quibus revelare homini potest arcana propostis sui, ac decem tales enumerat S. Greg. lib. 28. Moral. c. 2. ubi ad 7. voluit tamen externa voce uti, tum ut clementia sua plura exarent argumenta erga genus humanum: tum ut homines facilius sibi conjungeret, adhibendo signum tam familiare homini, ac modo uteretur humano ingenio accomodatissimo, præsertim cum vehementius moverent, quæ humanis sensibus obijciuntur, quam quæ inopinata in intellectu non illantur absque hoc sensuum subsidio. Sunt namque impressiones sensuum admodum efficaces, præsertim si novo & insolito modo fiant. Verum successu temporis melius fore Deo visum de hac familiaritate non nihil remittere, & per filium suum homines alloqui, qui deinde potestatem alii communicare potest homines gubernandi, & de voluntate sua influenti.

BRUTA ANIMANTIA QUÆ

LOCUTA.

Vipere Boves, Equi, Aves, Serpentes, Asina, Columba. Quere in loco de voce. T. ii. Vox articulata per animalia irrationalia emissa.

SIMONEN Magum opera Dæmonis effecisse, ut loqueretur Canis, refert Clemens Roman. in itinerario, quod & à Saga factum tradit Griliandus de sortilegiis cap. 7.

De avibus res notissima est, quomodo consuetudine & labore docentium verba nostra sonitu edunt & profertant: Sic ut ab homine profecta arbitretur, qui inexpectato audit. Voluit hac impostura Hanon Carthaginensis sibi famam divinitatis comparare; nimia enim libidine exardescens, præstantiorem de se famam evulgare studebat, quam natura aut probitas patere. Itaque plures aves ad discendas cantiones idoneas coemit, & in tenebris obluoque aluit, solumque unam cantilenam eas docuit, Hanon est Deus. Quæ cum una duntaxat audita voce, eam complexæ essent consuetudine, eas alio in diversis plagas dimisit, arbitratus, avium carmen de se vulgatum iri. At illæ alis emel solute libertatemque adeptæ, & ad consuetum vicium sibi revertæ, naturalem tantum vocem ediderunt. Alian. lib. 4. de var. hist.

Habebat Agrippina conjux Claudii Cæsaris Turdum imitantem sermones hominum. Fuit Corvus Romæ, qui sermone affuefactus, omnibus matutinis in rostra & forum devolans, Tyberium, Germanicum & Drusum Cæsarem, nominatum, mox transeuntem populum Romanum salutabat. Fuit salutat, cum reverteretur ab Actica victoria, Octavius, à Corvis duobus, à Pissaco, à Pica, dicentibus, Ave Cæsar victor Imperator, esse Macro. 2. Saturn. c. 4.

Sic ita instructæ aves consuetudine quadam verba proferre dicunt, sine miraculo. At non sine eo, & sine prodigio, ante paucos quam occideretur mens Domitianus, Cornix in Capitolio elocuta est, & ea verba hæc, hæc desuit qui ostentum sic interpretaretur:

Nuper Tarpejo qua sedit culmine cornix: Est bene, non potuit dicere, dixit erit. Sueton. in Tranquil. & Domitiano c. fin.

RES INANIMÆ LOCUTÆ.

Vide Locum de Voce, & in eo Titulum integrum de hoc argumento.

PUERI. INFANTES QUI LOCUTI. E

IN UTERO.

Stupendum sane est, si credamus verum, quod eo anno quo Hannibal ex Campania fugatus est cum magna suorum strage, inter cætera prodigia ejus anni infans in utero matris in Marrucinis, Io triumphæ, clamavit Fabio Maximo Verrucoso 4. & M. Claudio Marcello 3. Coss. Julius Obsequens de prodigiis cap. 34.

STATIM A NATIVITATE.

Fertur, inquit Jacobus Meyerus lib. 6. hist. Flandr. Philippum Eladium 19. Comitem Flandriæ, post tertium diem quo natus esset, clare locutum: Vacuæ mihi domus; quæ voce præsignatam ejus magnitudinem quidam tradunt.

Mirum quoque est, quod Hali Abargel commemorat in regia se vidisse natum infantem, qui vix dum viginti quatuor vitæ horis perfectis loqui incepit, & manu signa facta: quæ in re vehementius rege conterro, accessisse miraculum majus; nam rege, inquit, adstante, & me quoque cum multis aliis, exclamavit infans: Sum, inquit, infeliciter natus ad prodendam regni amissionem, & regni perniciem ac delationem. Quibus ille enuntiatis, concidit exanimis. Celsus Rhodiginus l. 29. lect. antiquar. c. 14.

Eo anno quo Annibal Etruriam invasit, & Romani ad Thrasimenum lacum victi sunt creuento prælio, Romæ in foro olitorio infans nondum semestris Triumphum exclamavit, Cn. Servilio Gemino, C. Quinto Flaminio 2. Coss. Julius Obsequens de prodigiis c. 31.

Quo anno per Cæpionem consulem Senatorum & equitum judicia fuerunt communicata, Amireni cum ex ancilla Puer naceretur, Ave dixit, Idem cap. 101.

Eo pertinet quod apud Cremonam quidam infantulus in cunis jacens matrem cibum familiarum parantem compellavit, ut à ventris cura cessaret, Deum enim gravibus penis perverfam hominum vitam ulcisci decrevisset. Sed Dei genitricem ante tribunal Christi adstantem instantissimis precibus oblatæ. Et hæc cum dixisset, iterum conticuit. Dedecchin. in Appendice Mariani Scors.

MEMBRA A CORPORE AUULSA

LOCUTA.

Fertur, Caput Sacerdotis Jovis Hopplosini locutum separatim à trunco corporis in Caria, & dextere homicidam Ceucidam. Ariff. lib. de part. anim. cap. 10. qui ante ignorabatur. Judicium hoc ad justitiam divine dispensationis est, ne homicidium remaneret impunitum.

Phlegon Trallianus de mirabil. & longæv. ex Hierone narrat, de Polytricio Aëlio quodam ejus filio. Polytricus enim, cum post Lucridem uxorem ductam, & postquam tres noctes cum ea dormivisset, tertio die vita functus, eam reliquit gravidam: quæ monstrum ex duplici sexu peperit: quod cum in medium concionem populi ductum fuisset ad consulandum quid id præfigeret, quidve de eo faciendum esset: comparuit in medio populi Spectrum Polytrici, & futuram Aëtolis & Lorensibus prædixit cladem, & impotentem ad resistendum populo, filium suum monstriformi dempto capite devoravit, & evanuit: mox & caput eandem cladem eloquutum est.

Idem narrat ex Antithene Philosopho peripatetico, quo tempore Atilius Glabro consul vicit Antiochum regem Asiæ, dexteros Romanos oraculis, ne amplius invaderent Asiæ, & Publii ducis Romanorum caput relictum à lupo rufo, qui corpus devoraverat, ut ipse prædixerat, furore divino, ut putatur, percitus, cecidisse longo sermone adventuram cladem Romanis.

Orphei Caput oracula reddidisse in Lesbo, testatur reliquit uterque Philosophus. Unde est illud de Cyro Perfarum rege, ad ejus aures, hoc est, mea fata te quoque forsitur: quemadmodum ego perii à mulieribus disceptis, ita in quoque à Chomyre Scytharum regina crudeliter tractaberis, revulso tuo capite, & abjecto in utrem sanguine plenum, cum hæc exprobratione crudeli: Satis te sanguine, quem sumpsisti, cuique semper infatigabilis fuisti.

Quod & accidisse narrat Justinus in primo, sive illud ad imposturam, sive ad justam Dei vindictam referas, nihil interest, si modo factum fuisse putes. Sicut & ad divinam justitiam factum existimabis, quod aliquo natura impossibile dicitur, ut caput præcisa arteria, & sine motu pulmonis loquatur, ut retulimus supra ex Aristotele.

Adde his miracula circa hæc apud fideles patrata. Refert Bonfi-

A Bonfinius lib. 3. decad. 3. anno circiter tertio post cladem ad Nicopolim à Turcis acceptam, Sigisfinudo imperante: cum multi in eum campum descendere, emissam inter ossa subinde vocem exaudierunt, Jesu Christi, ac Mariæ nomina intonantem, loquaque inter cadavera Caput inventum, quod ubi homines sibi adesse novit: Quid jam, inquit, stupidi hic flatus viri? Christianus ego sum, inexcipias, inconfessus occubui. Mariæ mater me æterni supplicii reum esse non patitur: hæc me adhuc læque comitem servavit, ut delicta confiteri, & animam sacris lustrare queam; proinde Sacerdotem qui confessionem exaudiat, & me expiatum reddat, accersite quæso. Rogatus, cur tantum à Virgine beneficium promeruisset, respondit, peculiarem sibi in vita in vultu devotionem, & septena ejus festa quotannis reverentissimè celebrasse, jejuniisque pane & aqua duntaxat decorasce. Accessit itaque Sacerdote confessionem transiegit, & impetrata remissione, acceptaque lustratione, repente conticuit, perpetuè quævit.

Narrat & Rampholus lib. 5. cap. 32. Sadimundi regis Angliæ à Danis occisi caput, inter fruteta occultatum, loquutum, & B querentibus ad se vocasse.

Antiquus his est quod de S. Dionysio Arcopagita commemoratur, quomodo abscissum suum caput sustulerit, & progressus ad duo millia passuum in manibus gestaverit. Breviar. Rom. 9. Octobris.

OSSA ARIDA LOCUTA.

Nec minus mirabile est quod refertur à Marulo l. 6. Exemp. c. 14. quomodo Macarius Alexandrinus, cum per Scythicam solitudinem decambularet, calvariam hominis humi jacentem conspicuus, cepit per nomen Jesu Christi obstertari & interrogare, quibus esset, cum viveret, quove nunc in loco animus, quondam suus inhabitaret, degeret: & aridum Os carne nervique nudum proripisse in vocem, ac se gentilem fuisse, proximique vici indigenam respondisse: nunc verò in foveam balthari infernalis tam arcè detrusum angustari, quam procul à terra distaret oëlum. Sed etiam se profundius ruere Judæos incredulos, & sub illis hæreticos Christianos, qui revelatam divinitus veritatem mendacibus pervertere sententis moluntur.

HOMINES ABSQUE LINGUA

LOCUTI.

Certissimum habetur, Christianos sub Cabade rege Persarum martyrio affectos, & instrumentis quibus formatur præcipue vox, nempe lingua, privatos, clare nihilominus locutos. Niceph. lib. 16. hist. cap. 36.

Videmus, inquit Justinian. in lib. 1. de officio præfetti Africæ, l. 1. C. tit. 17. venerabiles viros, qui abscissis radicibus linguas, nempe à vandalis hæreticis, penas suas miserabiliter loquebantur. Statellus Comes ait se vidisse mutum quendam natum, nam excissa lingua locutum, & refutasse Arianorum hæresim, & de Christianorum fide veras voces emisisse. Idem se vidisse in multis refert Aeneas Gazæus in Theophrasto de immortal. anime.

Idem visum fuisse Constantino poli, refert Procopius lib. 1. de bello Vandalico, & ex his duos, cum se scortis miscuissent, loqui desisse. Niceph. Callistus l. 17. hist. Eccles. c. 11.

Logica.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Logica dicitur τὸ τὸ λόγος, quod modò sermonem, modò rationem significat. Unde & ipsum nomen Logica, dupliciter accipitur: uno modo, ut sit idem quod Semiochialis scientia, altero ut sit idem quod Rationalis. Definitur autem Logica, Ars bene differendi. Hoc est, in cognitione ex notiore manifestandi, quod sit per definitionem rei incognitæ, per divisionem, per argumentationem.

PARTITIO.

Duplex est Logica, Naturalis, & Artificialis. Naturalis est aptitudo ad differendum, quæ nobis naturaliter infusa est, eo ipso quo sumus præditi anima rationali.

Artificialis verò est illa ars, illi naturali aptitudini superaddita, studio & exercitatione comparata, quæ prompti redduntur ad expeditè differendum.

Iterum dividunt Logicam in utentem, & docentem. Hanc Evocant eam, quæ tradit præcepta differendi, illam verò quæ eadem applicat ad usum. Unde & annumeratur scientiis practiciis.

CAUSÆ.

Cum sint quatuor genera causarum, Logica non habet causam materialem, & formalem, saltem Physicè; Logica namque componitur ex genere, & differentia. Finalis tamen & efficiens habet. Finis illius est cognitio rei ignotæ per notius. Efficiens, partim est natura, partim doctrina, partim exercitatio.

OBJECTUM.

Objectum Logicæ in sua latitudine, est modus differendi: sub se habet definitionem, divisionem, argumentationem. Huc enim omnia, quæ in Logica tractantur, referuntur: & eam distinguit ab aliis scientiis; ac de ipso demonstrari potest, quod sit aptus ad docendum, quia ignotius explicet per notius.

ULTERIORES DIVISIONES.

Præter supradictas divisiones Logicæ, alix dari possunt. Una qua dividitur in Inventionem & Judicium, etque velut in partes integrantes.

Alteræ est velut in partes subjectivas, quæ dividitur in artem definiendi, dividendi, & argumentandi.

Tertia est Logica: in Apodycticam, sive demonstrativam, quæ ex necessariis procedit:

Et Dialecticam, quæ procedit ex probabilibus.

METHODUS EJUSDEM, PROUT

AB ARISTOTELE

TRADITUR.

Univerfa Logicæ tractatio, quam Aristoteles proponit, accommodata est duplici illius functioni, quæ eidem competit ut Apodyctice, & Dialecticæ: sive eò tendit, ut doceat argumentari ex probabilibus, & necessariis.

Apodycticam, sive demonstrativam argumentandi formati potissimum docet libris Priorum, & Posteriorum. Dialecticam libris Topicorum, quod etiam libri Elenchorum pertinent. Libris verò Prædicamentorum, & de Interpretatione, preparatoria videtur ad utramque speciem tradidisse. Eòque etiam servit Hagoge Porphyriana de Prædicabilibus, sive Universalibus.

NECESSITAS.

Logicam necessariam, hoc est valde utilem ad reliquas scientias capeffendas, nemini ignotum esse debet, qui consideraverit, per eam tradi modum sciendi, ideòque ante omnes alias illi primum ac sedulo est incumbendum. Unde & Aristoteles initio librorum innotum de Physico auditu, dicit, Melissum & Parmenionem in errores absurdissimos prolapsos fuisse, propter vitiosum argumentandi modum.

DIGNITAS.

S. Augustinus appellat Dialecticam artem artium, & scientiæ omnium scientiarum. Quia nempe omnibus aliis ministrat, & cooperetur, sicut velut idoneum instrumentum, quo facilius eas adipiscamur. Cum enim Logica modum doceat argumentandi, & argumentatione eruat veritas, pluresque difficiles quæstiones occurrant in quavis penè scientia; patet, quantæ dignitatis sit ea scientia, qua faciem ad reliquas aditum nobis præparamus. Unde & symbolice Logicam exprimitur per Mammam clavem tenentem, insinuare volentes eo velut schemate, Logica proptium munus esse pandere & aperire viam ad reliquas scientias capeffendas.

LOGICÆ MAGISTRI.

LOGICI. DIALECTICI.

Vix apud veteres Philosophos reperias, qui Logicam nudam ex profecto tradiderit. Sed cum ea circa omnia argumenta versetur, artem illius in aliis scientiis exhibuerunt, nisi quod Aristoteles illi particulatim tradendæ incubuerit. Ex vitis autem Laertii, non Philosophorum tantum historiam, sed & Logicorum successorem eruere licebit. Unde ex titulo Philosophorum non pauca exempla huc poterunt adduci. Nos hoc loco Logicorum successorem, aliquoque trademus. Omnia antiquissimum Logicus, Prometheus artificiosè methodi auctor & inventor, in Philæo Platonis perhibetur. Cum Socrates docet, omnes homines natura logicos esse, sed naturalem hunc humane rationis ardorem temerarium esse, nisi consilio regatur. Affirmat ergo, donum Deorum esse ad homines alicunde ex diis, per Prometheus, unam cum quodam igne clarissimo delatum. Proinde fingitur Prometheus post diluvium anno mundi mxc. hominem igne illo cælesti formasse effigiem moderantem cuncta deorum. Ergo primos logicæ artis magistros deos

A deos fuisse, Plato autumat, eorumque internuncium interpretem Prometheum facit, id est, in Sacris literis Noe. Hic enim post diluivum, humani generis instaurator est, ut Hebraeorum gloria hac logica, testimonio Platonis, esse videatur.

Parmenides, Xenophanis ac Diocetæ Pythagorei auditor, Logicum iudicium tum veritatis, tum etiam opinionis, carmine suo perleganter exposuit.

— oportet veritate omnia cognoscere, Partim quidem veritatis suavis facilis accuratam sententiam, Partim mortalium opiniones: quarum non tam fides vera.

Deinde iudicium opinione fieri prohibet, ex accurata veritate fieri admonet:

Nec te Deus ancipitem viam iuxta hanc cogat, Ut iudicis inconsiderato oculo, & resonante auditu, Et lingua, sed ratione perpendas ambiguum argumentum.

Atque hunc poetam, Logicæ etiam Philosphiæ magistrum fuisse, arguunt est Platonis logicus dialogus, nomine Parmenidis inscriptus: cuius tota disputatio ad logicam artem attinet. Quinetiam de Pythagoreis Archytas existimatur nonnullis Cathegoriarum auctor fuisse, quæ hodie ad Aristotelem auctorem referuntur: & certè Aristoteles de Archytea Philosphia commentarium conscripsit.

ZENO ELEATES, Parmenidis auditor, quia vel ad veterum artes tantum adiecit, aut eas dispersas in unum corpus redegit: logicæ artis apud Laert. 8. & 9. libris, teste Aristotele, invenitur. Ac quavis Zenonis monumenta omnia pervenirent, tamen ejus veritatis licet à Platone quiddam agnoscere, apud quem Parmenides significat, Socratem in dialecticis à Zenone fuisse institutum. Zenonis Logicæ Platonis dialogi multa continentur: ut in Parmenide, rei quæ de agitur, ut motum, motum, accidentia, interitum: id est, causas, quibus res generatur, & effecta, & adjecta, accidentia, & opposita, quibus res corrumpitur & interit. Item comparationum genera, simile, dissimile, majus, minus, par: item de genere & specie atque ideis plurima ibidem disputato est: ut in Sophista & Politico: de genere rursus & specie, toto item, & parte, itemque de dividendi & definiendi ratione & lege. His enim duobus dialogis Socrates à Zenone logicis dividendi & definiendi legibus informatur.

DEMOCRITUS Abderites, major Socrate fuit, cuius libri, tamen nihil ad logicam Laertius referat: tamen, qui videantur ad logicam referri posse, quidam sunt, si tituli tamen non fallunt.

PROTAGORAS Abderites, Democriti discipulus, philosophicæ exercuit, & de nominibus primus ligare, & superficialia illud contentiosis genus inducere cepit. Unde de eo Timon, παραγωγὸς τῶν ὀνομάτων ἐπιπέρας ὁ εἶδος. Socrati cum dicendi genus primus movit, & Antisthenis rationem, qua demonstrare nititur contradicere non posse, ut Plato in Euthydemone inquit, ἀδύνατον. Laert. lib. 9. Ejus argutias in Philosphia offendit. Arist. & Plato in primis agora.

HIPOCRATES medicus, horum ætate paulo inferior, & inventionis & dispositionis partes proposuit: similitudinem & dissimilitudinem commendavit: vita divisionis in veteribus (ut Galenus ait) studiosè reprehendit: imò verò effectorum, adjunctorum, unâ cum methodicâ & artificiosa dispositionis forma, locum comprehendit. Que cum à Socrate in Phædron medici & oratoris inducta collatio esset, producuntur. Eum certè Plato Methodi parentem appellare non veretur. Galenus verò lib. 5. Method. c. 10. omnium Methodorum auctorem facit: licet non omnia methodicè ab eo in arte medica pertractata afferat, lib. 6. c. 4. & lib. 9. c. 8.

SOCRATES universos unis, non tantum Ethicæ, sed Logicæ longissime superavit: qui tamen magister in schola nunquam fuit, nunquam artis cuiusquam professor, ac doctor videri voluit, imò literam nullam scriptam reliquit: ac doctor videri voluit, atque in primis Platonis sermonibus satis constat, omnium philosophorum superiorum non solum naturam, sed arte & usum λογιστικῆν fuisse. Galenus in iis hist. Philos. Socratem facere videtur non solum Ethicæ inventorem, sed etiam Logicæ perfectorem, cum ait: Dialecticam facultatem, qua ducuntur homines, perfectè animadvertit. Etenim Zenonæ logicæ documenta omnia non solum tenuit, sed inutilia ab utilibus discernit, vanamque de Ideis alterationem, ut Parmenides Platonis auctor est, jam tum juvenis refutavit. A seipso autem quam multa logicæ artis argumenta deprompserit, è Platonis dialogis poterit intelligere. Aristoteles alioqui lau-

dis alienæ parcellimus, Philos. lib. 13. Socrati logicæ laudes maximas attribuit, definiendi & dividendi.

Deinceps sequæ variaz exorta, sunt, Socratemque philosophi præcipuè quinq; logicis artibus celebres fuit confecti, Anaxarchus, Aristippus, Euclides, Antisthenes, Plato. Anaxarcho satis constat, logicam Socraticæ incipienti scientiam non placuisse, cum diceret, ne se idipsum scire, quòd nihil sciret. Socrates una exceptione se nihil scire profitebatur: Anaxarchus etiam hanc exceptionem sustulit, seque in rebus agendis, probabilitatis specie duci, non certa scientia moveri dixit. Anaxarchum Pyrrho Eliensis audivit, & hanc sectam acateleptæ & retentionis amplificavit, undè non curantia & indifferentia rerum omnium sequebatur: Pyrrhonii, Aporetici, Sceptici, Ephectici, Zetetici, quòd dubitarent, considerarent, inhiherent, inquirerent, dicti sunt, teste Laertio lib. 9. quorum proprium, nil affirmando docere, sed inficiando aut comparando. Atque ut mirabilis est hominum natura, cum logicæ artes convelleret velle videantur, ad confirmandum tamen institutum suum, id est, ad omnem sensum & intellectum certam perceptionem scientiamque, ad iudicium, demonstrationem, disciplinam tollendam, ad omnium, quæ sentirentur, quæque intelligerentur, incomprehensibilitatem confirmandam, logicis & rationum & testimoniorum probationibus utebantur.

ARISTIPPUS, omneque Aristippi sectatores Cyrenaici & Epicurei, logica naturali contenti, logicam artificiosam videntur contempserit: tamen Aristippus de Arte logica libros, ut è titulis conjectura est, conscripsit, de exercitatione, de disciplina, interrogans de christi. Et de Cyrenais locus est apud Laertium, quòd logicam, propter ejus usum summum, attingebant. Et Epicurus septem annis natus post Platonis obitum, licet verbo logicam artem ut inanem affirmaret, tamen re ipsa quandam retinebat: Dialecticam aut Logicam non appellabat, cæterorum philosophorum more, Canonicam dicebat, & libros argumenti logici multos scripsit: de sectis, de iudicio aut principio, aut canon, aut (tanquam diceret) elementarium. Veri iudicium referebat ad sensus, & anticipationes, & affectiones. Epicurei præterea adiecerunt phantasticas mentis conceptiones. Itaque jam menti iudicia tribuebant Epicurei, quæ à sensus observationibus & iudiciis essent orta, secundum & incidentiam, & propositionem, & similitudinem, & compositionem, aliquid etiam ratiocinatione conferente.

EUCLIDES Megaricus, totaque ejus successio & secta, logicam in primis arripuit, sed Parmenideam illam Zenoniam, nonnihil Sophisticam, quam idcirco Socrates non probabat, ideòque sectatores Euclidis, Contentiosè primò sunt appellati. Et postea Dialecticis, qui disputationis interrogatione & response consistunt. Demonstrationibus autem insisteret Euclides, non secundum sumptiones, sed secundum illationes. Ejus discipulus Eubulides Milesius consimiles Dialecticæ modos reperit, mentientem, latentem, electram, occultum, foricem, cornutum, calvum: & consimili cum doctore nota, procax & petulant appellatus est. Fuit enim disputator acer, & Demoblensem oratorem formavit, ut sibi à ridiculis & novis & populo ingratis caveret (teste Plutarcho in vitis Decem orat.) sed dissentit ab Aristotele, cuiusque multa decreta labefactavit. Eubulides Alexinus Eliensem discipulum contentiosissimum, successorem reliquit, Zenoni infestissimum. In eadem secta fuit Diodorus Cronus, primusque occultum & cornutum disputationis genus, Cerasinas quæstiones invenisse existimatur. Ex eadem schola fuit Clitomachus Thurius, qui primus de axiomatis & cathegorematis scripsit.

STILO Megarensis, Euclidis auditor, inventione & eloquentia superavit omnes, ut Græcia in illum inuenta diceretur μετὰ σταυρον. Disputator erat acerrimus, & species tollebat.

MENEDEMUS Platonis atque etiam Stilponis auditor, ejus scholæ postremus, tollebat axiomata negantia, affirmantia autem consuebat: atque ex iis simplicia amplectebatur, composita tollebat. Heraclides tamen scribit, Dialecticam contempserit. In disputationibus autem ita pugnavit erat & fortis, ut livor in oculis exprimeretur. Atque hujusmodi logica Euclidæ, cathegorematis, axiomatis, philosophiam degeneravit à Socratis logica, & ad philosophicam nonnulli inclinavit: fortis tamen ac robusta fuit.

ANTISTHENES Atheniensis, inter Socraticos omnes acutissimus & suavisissimus, Scolæ Cynicæ simul & Stoicæ auctor, dialecticam valde celebravit, de ea quoque scripsit quædam, si

Laer-

A Laertio lib. 6. credimus. Diogenes ejus successor eandem non quidem scripto, sed re ipsa excoluit.

Stoici è Cynicis orti, logicas artes accuratius excoluerunt, primusque sectæ hujus inventor Zeno Citius, diligenter cum Philone Dialectico sese exercuit, Scripsit universalia, de toto, de dictionibus, de artificiosa solutione & reprehensione. Cleanthes Assius Zenonis discipulus logicos libros plures conscripsit, quam magister, de Dialecticâ, de Cathegorematis, de ratione, de iudicando, de modis, id est syllogismorum figuris (sic enim Stoici loquebantur) de propriis, de ambiguis, de arte, quomodo philosophi philosophari debeant, de christi, de exercitationibus, Sphaerus Cleanthes auditor fuit, ex cuius libris ad Logicam referri videntur, de Arte dialecticâ, de Cathegorematis, de Ratione, de Affectionibus (sic enim interitum ab Aristotele vocantur accidentia) de iis, quibus contradicuntur, de similibus, de definitionibus, de optione, de exercitationibus, de ambiguitatibus, de Erethitæ philosophi, id est, Pyrrhonii. Sed omnium non modò Stoicorum, verum etiam logicorum omnium magistrum & præceptorum Chrypsippus Solensis, Cleanthes successor, lib. 7. logicos, ut Laert. affirmat, ac præterea alios multos conscripsit: tantumque ob hanc artem in Græciâ nomen habuit, ut perique dicerent, Deos, si dialecticâ uti vellent, non alia quam Chrypsippe utros esse. Quis quantumque logicus Plato fuerit, ex ejus constat Dialogis. Neque logica Platonis tantum in Dialogis, Politico, Cratyllo, Parmenide, Sophista, continetur, ut videtur Laetius dicere; sed omnibus fere æpergitur.

E Platonis schola sectæ due factæ sunt, Academicorum & Peripateticorum. In Academia Speusippus Platonis nepos annos octo docuit, scripsit dialogos circa negotium similitum, divisiones, & ad similia argumenta: de generum & specierum exemplis, dispositionibus commemorat.

Condicipulo Speusippo Xenocrates in Academia successit, annoque vixit quinquaginta: præfuit & de libris ejus, qui logici videantur fuisse, nonnenti fere, nisi numero mendosi sint, atque etiam plures numerantur.

ARCELAS Pitaneus, primus mediam academiam instituit, primusque in utramque partem differit, Platonemque differendè interrogando respondendoque modum contentiosissimè exercuit, & ex ambra in certamen eduxit, ingeniosus & copiosus, ut Theophrastus ajebat. Nullum librum scripsit: Platonem maxime, deinde Pyrrhonem imitatus est: tum Diodorum sibi proposuit. Erat autem in repetendis argumentis & enunciatis & probationibus acutissimus. Theophrasti auditor fuit, postea Crantoris Solensis: & mortuo Crate scolarum rexit. Laert. lib. 4.

LACYDES Cyrenæus, Arcesilai successor in nova Academia, dialecticis insignis. Laertius.

CARNEADES Academicus, Stoicorum libros studiosè lectavit, eisque modeste contradixit, dicereque consuevit: Nisi Chrypsippus esset, non essem ego. Athenienses oratores ad eum audiendum conveniebant. Vehementer erat terribilis, & in questionibus pugnavit. Nihil unquam oppugnavit, ait Cicero, quod non expugnaret. Philosophus illum sophistis annuaret.

Inter Peripateticos artes logicæ mirificè excoluit & celebratae sunt, atque in primis in Aristotele, hujus sectæ principe, desunctique Speusippo, & Xenocrati paululum superitire Primus hic Alexandri Magni beneficio libros innumerabiles undique congregavit: undè Aristotelis philosophia tanquam omnium philosophorum bibliotheca quædam statui potest. Libri logici videntur ex Laertii lib. 5. fuisse centum & quinquaginta minimùm, partium totam artem nomine Rhetoricæ & Dialecticæ, partim etiam partes complexi. Veteres appellat Dialecticæ ignarus in 1. Philosophiæ divinis cap. 6. & pugilibus in exercitatis & artis experibus comparat, cap. 7. denique affirmat in peroratione logici Organi, ante se de logica non hoc velle illud, sed omnino nihil fuisse traditum. In totis Physicis atque Ethicis, & Physicis & Ethicis permutolis appellavit, neque sibi Philosphiæ, vel Physicæ, vel Ethicæ inventionem vel perfectionem attribuit. At in logico Organo neminem logicæ doctorem citavit, imò nominatim sese artis inventis & inventæ & perfectæ auctorem prædicavit: ut si jam Aristoteles interrogaretur, quamam philosophiæ parte in primis laudari atque ornari velit, ingenium illam palmam sine dubio nominet. Er quidem tantum ingenii fructum non verbis inanibus affectavit, sed magno studio & opere sibi vindicavit. Nam logicas artes, proposita, in utramque partem discipulis

de rebus omnibus differendi ratione, vehementer exercuit, E indeque aurei fluminis laudem, ut credibile est, Cicerone iudice, meruit.

ARISTOTELIS discipulus, & in Lyceo successor Theophrastus, multa quoque de logica pericripit, & librorum multitudine magistrum superavit, tantum abfuit, ut perfectam ab Aristotele logicam crediderit. Quinetiam magistrum malis in locis tam liberè reprehendit, quam Aristoteles ante superiores omnes, in primisque Platonem magistrum reprehenderat, uti docent Aristotelis interpretes.

STRATO, Theophrasti discipulus & successor, quamvis physicam præcipuè excoluit, atamen eloquentissimus fuit, & logica quædam conscripsit: si modò Tituli apud Laertium non fallunt.

STRATON Lycon successit, qui quòd in dicendo suavissimus esset, idcirco γλυκύς dicebatur. Eloquentium suorum majorum hic est amulatus.

DEMETRIUS Phalereus, Theophrasti auditor, disputator subtilis, orator partim vehemens, sed dulcis tamen, ait Cicero.

EUCLIDES Platonis auditor primùm, deinde Speusippi, scripsit de nominibus, de imaginibus, contentiplativum, de conjunctionibus, de præsentia solutionum contentiosissimum, de speciebus, solutiones. Laetius affirmat, suo tempore monumenta ejus, nominatim de Dialecticâ, lecta esse. Ergo Peripatetica logica in Aristotele aurea, in Theophrasto divina, in Stratone eloquentissima, in Lycone & Phalereo italcissima fuit. Unaque hæc schola logicis laudibus facillè reliquas scholas omnes superavit. Cæterum ab Aristotelis obitu, id est, anno tertio Olymp. 115. vel anno urbis Romæ 431. usque ad victorem Græciæ Syllam, fuit annos ducentos quadraginta. Ille enim libros Aristotelis Athenis Romam secum avertit, quibus posteriores Peripatetici uti cœperunt.

ADRASTOS, Apasius, Alexander, primi de Peripateticis posterioribus Aristotelis logicam in publicis scholis induxerunt, & juvenem proposuerunt. Ilorum meminit Galenus, Alexandri non item, cuius magister Sofigenes fuit.

GALENUS medicus Pergamensis, cum se logicis philosophorum decretis cognovisset, deestit, animadvertit non modò sectarum cum sectis aliis in logicæ theoria discordantiam, sed singularum inter se sectarum dissonantiam esse: in Peripateticis logicis nonnullam, in Academicis majorem, in Stoicis maximam. Itaque nulli sectæ se præcipuè addidit, sed electissimum tantum, ut è singulis eligeret, quæ placerent. Quamobrem eum logicas sectas omnes cognovisset, scripsit de suo iudicio, non ex Aristotelis arbitrio; de Demonstratione quinquidem libros, atque per multa, quæ vel in Pacis incendio, vel amicis donata, vel furto sublata, perisse ait, in lib. de Demonstratione: omnes à se logicas methodos enarratas testatur lib. 1. Methodi. cap. 5. Quorum iacturam Jacobus Sehegkuz Suorndorfensis, professor Tubingensis academiæ, philosophus & medicus, Commentariis de Demonstratione editis supplevit. Videtur autem Galenus ultimus è philosophis logicis scholas reliquille. Nam qui postea secuti sunt, amissa iudicandi libertate, servorum potius quam philosophorum nomine dignandi videntur. Hæc ex Ramo.

Circa annum Salutis 1364. erat grave bellum inter Episcopum Hildebrandem Gerardum, & Othonem Brunvicensem ducem. Gerardus in societate belli pertraxerat Archiepiscopum Magdeburgensem Theodericum, & Albertum Halberstadtensem. Acte victor Gerardus, Albertum Halberstadtensem insignem logicum, qui ingenti sui testimonio etiam nunc inter scolasticos habet, cepit. Et quia Gerardus orator non vulgaris erat, proverbium inter studiosos ortum, Logicam succubuisse Rhetoricæ. Crantz. lib. 9. Saxoniæ. c. 33.

ROBERTUS Agricola, Frisius, Heidebergensis Professor, Dialecticorum nostro seculo corpulentus, quòd relictiis philosophicis alterationibus, præcepta omnia ad usum in philosophis, oratoribus, poetis, in quotidiana denique vita ostendendum pertinere voluit: & Adrastum opinionem ab inferioribus statuerrit. Id quod libri de ejus in inventione abundè testantur. Eruditionem illius vel Itali, pari alioqui Barbarorum, quos vocant, laudatores eo, applausu exceperunt, ut Hermolabus Barbarus in epitaphio non dubitavit de illo scribere:

Sed licet hoc uno meritis Germania quicquid Laudis habet Latium, Græcia quæquid habet, in honore tuo





